We are by nature eloquent above all other nations, as Pomponius Mela says; for he declares in the third book of his *Cosmography*, where he is speaking of the character of the French: *Habent tamen et facundiam suam*:* The French are naturally eloquent and fine speakers. So, too, the satirical poet [Juvenal] says, in his fifteenth Satire:† *Gallia causidicos docuit facunda Britannos*: France, he says, taught the English to plead and to speak rightly.

* III, 2, 18. '*They have an eloquence of their own.*' *Tory published an edition of Mela in* 1507.

† *Line* 111.

I Cite Latin poets & orators to show that we have a gift of great beauty in our noble French tongue. I might well cite the Greeks in like manner, but from among them I will take only a short preface to the *Gallic Hercules*, written by Lucian, Greek orator & philosopher. I will give the translation from Greek into Latin by Erasmus, and then I will translate it from Latin into French. In Latin it reads as follows:

HErculem Galli lingua gentis vernacula Ogmium vocant. Porro Deum ipsum noua quadam atque inusitata figura depingunt. Decrepitus est apud illos, recaluaster, reliquis capillis, si qui reliqui sunt, plane canis, cute rugosa, et in aterrimum exusta colorem, cuiusmodi sunt Nautæ isti. Charontem potius aut Iapetum quempiam ex his qui apud inferos versantur, diceres. In summa, quiduis potius quam Herculem conijceres ex imagine. Atque tali specie quum sit, tamen Herculis ornatum gerit, vt qui cum leonis exuuium indutus sit, tum clauam dextra teneat, tum pharetram humeris aptatam portet, tum arcum tensum læua prætendat. Denique modis omnibus Hercules est. Hæc equidem arbitrabar in græcanicorum deorum contumeliam perperam facere Gallos, quum eiusmodi fingerent effigie, quo nimirum illum talibus picturis vlciscerentur, quod olim in regionem ipsorum incursasset, predas agens id temporis quum Gerionis armenta vestigans occidentalium gentium plerasque regiones peruastaret. At nondum etiam dixi id quod erat in imagine maxime nouum atque mirandum. Siquidem Hercules ille senex ingentem admodum hominum multitudinem trahit, omnibus ab aure reuinctis. Porro vincula cathenulæ tenues auro electroue confectæ, pulcherrimis istis monilibus assimiles. Atqui cum vinculis vsque adeo fragilibus ducantur, tamen neque de fugiendo cogitant quum alio qui commode possint, neque prorsus obnituntur, aut pedibus aduersus trahentem obtendunt, sese resupinantes, verum alacres ac læti sequuntur, ducentem admirantes. VItro festinantes omnes, et laxatis funiculis, etiam anteuertere studentes, perinde quasi grauiter laturi

si soluerentur vinculis. Ne illud quidem pigebit referre, quod mihi videbatur omnium absurdissimum. Etenim quum non inueniret pictor vnde cathenularum summas ansas necteret, videlicet dextera jam clauam, læua arcum tenente, summam Dei linguam perterebrauit, atque ex hac religatis cathenulis eos trahi fecit. Ipse nimirum ad eos qui ducebantur, vultum et oculos conuertebat arridens. Hæc ego quum diutius assistens essem contemplatus, admirans, hæsitans, indignans, Gallus qui propius astabat, nostratium literarum non indoctus. Id quod declarauit, quum græcanicam linguam absolute sonaret, philosophus opinor ex eo genere philosophorum quod apud eos esse fertur. Ego tibi hospes, inquit, picturæ istius ænigma explicabo, nam videre vehementer ad eam attonitus ac stupefactus. Orationem nos Galli nequaquam arbitramur esse Mercurium, quemadmodum vos Græci, verum Herculi illam tribuimus, propterea quod hic Mercurio longe robustrior extiterit. Nam quod senex fingitur, nihil est quod mirere. Siquidem vna facundia consueuit in senecta demum absolutum vigorem ostendere, si modo verum vestri dicunt poetæ, obduci iuuenum densa caligine pectus. Contra, Senecta posse quiddam dicere rudi iuuenta melius ac præclarius. Hinc videlicet apud vos et Nestoris lingua melle profluit, et Troianorum concionatores lirioessam edunt, videlicet floridam quandam vocem. Nam liria, si satis commemini, flores appellantur: proinde quod ab auribus vinctos ad linguam trahit senex hic Hercules, qui non aliud quam ipse est sermo, ne id quidem debes admirari, qui quidem non ignores linguæ cum auribus esse cognationem. Neque vero ad contumeliam illius illud pertinet, quod ea pertusa est. Nam memini, inquit et iambicos quosdem versiculos e comœdijs apud vos dicere. Siquidem viris locacibus extrema lingua perforata est omnibus. Quin de eodem hanc in summa habemus opinionem, vt, quicquid egit, id oratione, facundiaque confecisse putemus, vt pote virum sapientem, ac persuadendo pleraque sibi subegisse. Iam tela illius nimirum rationes sunt acutæ, missiles, citæ, atque animum sauciantes, vnde pennigera dicta. Hectenus gallus.

The translation of this preface is as follows:

THE French in their mother-tongue call Hercules Ogmium, and represent him in painting in a novel and unaccustomed fashion. They represent him as a bald old man, having only a very few sparse hairs behind, and those all gray and white. His skin is wrinkled, and

GEOFROY TORY *Champ Fleury* GEORGE B. IVES, TRANSLATOR NEW YORK, 1927 THE LESSING J. ROSENWALD COLLECTION, LIBRARY OF CONGRESS Octavo